

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIT CONCILIVM ARELATENSE SECVNDVM, NOMINA AVCTORVM EIVSDEM
CONCILII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

- to intromittat puellam.
- v **U**t episcopus cum ordinatur cum consensu metropolitani tres eum ordinet epi.
- vi **D**e episcopo qui sine metropolitani consensu fuerit ordinatus.
- vii **D**e his qui seipso abscondunt.
- viii **D**e his qui excommunicatos alteri suscipiunt
- ix **U**t nouatiani in communionem non suscipiantur.
- x **D**e his qui in persecutione priuati sunt
- xi **D**e his qui penis uicti sacrificare compulsi sunt.
- xii **D**e his qui in penitentia positivam excesserunt.
- xiii **U**t ne quis qualibet necessitate suam relinquat ecclesiam.
- xiiii **N**e clericus usuram accipiat.
- xv **N**e diaconus coram presbytero sedeat
- xvi **U**t eucharistiam tradat
- xvii **U**t fotiniani & paulianiste baptizentur.
- xviii **U**t heretici qui in trinitate baptizati sunt, cum chrismate & manus impositione recipiantur.
- xix **U**t metropolitani arbitrio synodus congregetur.
- xx **U**t nulli episcopo liceat a synodo deesse, vel ante peractam synodum discedere.
- xxi **D**e aurigis & theatricis fidelibus.
- xxii **S**i post acceptam penitentiam quis nupserit.
- xxiii **U**t pnia coniugatis ex consensu detur.
- xxiiii **D**e sacerdotibus qui idolatriam non euerterunt.
- xxv **D**e accusatoribus fratrum,
- D**e apostatis si non reuertuntur.
- F**iniunt capitula.

INCIPIT CONCILIUM ARELATENSE SECVNDVM, NOMINA AVCTORVM EIVSDEM CONCILII.

EX SICILIA SIRACVSANORVM SEXTVS EPISCOPUS, & flor⁹ diacon⁹, ex puincia campanie ciuitatis prothus episcopus & agrippa, & Tutus diaconus, ex prouincia apulia, pardus episcopus, & crescens diacon⁹, ex prouincia damulti, Theodorus eps, & agathon diacon⁹, ex vrbe roma quos Siluester eps misit, claudianus & abitus psbyteri, eugenius, & quiriacus diaconi, ex puincia italie, orosi⁹ eps nazare⁹ lector, ex puincia Viennensi ciuitatis arelas, martinus eps, salanias psbyter nicetus aser, vrsinus, & Petrus diacones, ex puincia qua supra viennensem verus eps, Bedas exorcista. Ex ciuitate valione damas episcopus, victor exorcista, ex ciuitate aurasicorum, Laustinus psbyter ex porta, Innocentius diaconus, agapius exorcista, ex prouincia gallia ciuitatis remorū, ibethani⁹ episcopus, prigenius diaconus, ex ciuitate rothomagensium, auidamus episcopus, nicetius diacon⁹, ex ciuitate augusta, idonupeti⁹ episcopus amad⁹ psbyter, filomatis diaconus, ex ciuitate helu idono, votius episcopus, pituli⁹ exorcista, ex ciuitate agrippina maternus episcopus, maurinus diaconus, ex prouincia aquitania ciuitatis vagalii genialis episcopus, ex ciuitate burdegala orientalis episcopus, flauius diaconus, ex ciuitate verorū artius episcopus, felix exorcista, ex ciuitate tholosa, Martinus episcopus, leontius diaconus, ex prouincia bitania, ebur⁹ episcopus, ex ciuitate culnia adellius, ex ciuitate romanorum, liberius episcopus, floneti⁹ diaconus, ex ciuitate betica, sabinus psbyter, ex ciuitate tarcona, pbatus psbyter, castorius diacon⁹, ex ciuitate cesaraugusta, clementius psbyter, rouinus exorcista, ex ciuitate tebestigetiū, trimanus psbyter, victor diacon⁹, ex puincia mauritania cesariensi fortunat⁹ eps, deuteri⁹ diacon⁹, ex puincia sardinia gnt⁹ eps, admonius psbyter, ex prouincia africa cecilianus psbyter, speratius diaconus, ex ciuitate onina, lampadius episcopus, ex ciuitate vtica victor episcopus, ex ciuitate beneuentina, anastasi⁹ episcopus, ex ciuitate turustina faustus episcopus, ex ciuitate cocofeltis surgeti⁹ eps, ex numidia victor eps, ex ciuitate viresium vitalis eps, ex portu vrbis rome gregorius eps, ex centum cellis episcopus, eps ex ciuitate ostensi, leotius & macharius psbyteri.

Capitulum primum,

A

Ordinari ad diaconatus vel sacerdotii officium neophitum non debere.

Capitulum secundum

C

Assummi aliquem ad sacerdotium non posse in coniugii vinculo constitutum, nisi fuerit promissa conuersio.

Capitulum tertium

D. i.

CONCILIVM ARELATENSE SECVNDVM.

- A ¶ Si quis de clericis a gradu diaconatus in solatio suo mulierē p̄ter auiam, matrē, sororē, filiā neptē, vel cōuersam secum vxorē habere p̄sumpserit, a cōmunionē alienus habeatur, Par quoq; & mulierē (si se separare noluerit) pena percellat. Capitulum quartum.
- B ¶ Nullus diaconus, vel presbyter, vel episcopus ad cellarii secretum intromittat puellam vel ingenuā, vel ancillam. Capitulum quintum.
- C ¶ Nullus episcopus sine metropolitani permissu, nec episcopus metropolitanus sine tribus ep̄is cōprouincialibus p̄sumat episcopū ordinare, ita vt alii cōprouinciales ep̄istolis admoneantur, vt se suo respōso cōsensisse significēt, Quod si inter partes aliqua fuerit dubitatio maiori numero metropolitani in electione consentiat. Capitulum sextum.
- D ¶ Illud autē ante omnia clareat, eum qui sine cōscientia metropolitani cōstitutus fuerit ep̄s iuxta magnam synodū esse episcopū nō debere. Capitulum septimum.
- E ¶ Si qui se carnali vitio repugnare nesciētes abscindunt, ad clerum peruenire non possunt. Capitulum octauum.
- F ¶ Si quis excōmunicatū alterius siue clericū, siue secularē recipere post interdictū p̄sumpserit, nouerit se reū fraternitatis factū causam in cōcilio redditurū. Capitulum nonum.
- G ¶ Nouatianum in cōmunionē recipi non debere, nisi suscepta penitētia incredulitatis preteritum damnet errorem. Capitulum decimum.
- H ¶ De his qui in persecutione preuaricati sunt, si voluntarie fidem negauerint hoc de eis nicēna synodus statuit, vt quinq; annis inter cathecuminos exeāt, & duos inter discōmunicātes, ita vt cōmunionem inter penitētes nō p̄sumāt, in potestate tamen vel arbitrio erit ep̄scopi, vt si eos ex animo errore deflere, & agere penitētiā viderit, si ad cōmunionē in propria ecclesia velit humanitate suscipere, Capitulum vndecimum.
- I ¶ Si qui vero dolore victi & pondere persecutionis negare, & sacrificare compulsi sunt, duobus annis inter cathecuminos, triennio inter penitētes habeantur a cōmunionē suspensi. Capitulum duodecimum.
- K ¶ De his qui in penitētia positi vitam exceſſerunt, placuit nullum cōmunionē vacuum debere dimitti, sed pro eo quod honorauit penitētiā oblatio illius recipiatur. Capitulum decimūtertium.
- L ¶ Nullus cuiusq; ordinis clericus, non diaconus, nō presbyter, nō ep̄s quacūq; occasione faciente p̄pria relinquat ecclesiam, sed omni modo aut excōmunicetur, aut redire cogatur, Quod si aliquis cōmorationis tempore inuito ep̄scopo suo in aliena ecclesia habitans ab ep̄o loci clericus fuerit ordinatus, huiusmodi ordinatio irrita habeatur. Capitulum decimumquartum.
- M ¶ Si quis clericus pecuniā dedit ad vsurā, aut conductor aliene rei voluerit esse, aut turpis lucri gratia aliqd gen⁹ negociationis exerceat, depositus a clero a cōmunionē alienus habeatur. Capitulum xv.
- N ¶ In secretario diaconos inter p̄sbyteros sedere nō liceat, v̄l corp⁹ xp̄i p̄sente p̄sbytero tradere nō p̄sumat, qd si fecerint ab officio diaconat⁹ abscedāt. Capitulum decimūsextum.
- O ¶ Fotinianos siue paulianistas secundum patrum statuta baptizari oportet. Capitulum decimūseptimum.
- P ¶ Bononianos autē ex eodē errore veniētes (quos sicut artianos baptizari in trinitate manifestū est) dum interrogati fidem nostram ex toto corde cōfessi fuerint, cū chrismate, & manus impositione in ecclesia recipi sufficit. Capitulum decimūoctauum.
- Q ¶ Ad arelatēsis ep̄i arbitriū synodus est cōgregāda, ad quā vrbē ex omnib⁹ mundi partibus sub sancti Martini tempore legimus celebratum fuisse concilium atq; conuentū, si quis commonitus infirmitatis causa defuerit personam vice sua dirigat. Capitulum decimūnonum.
- R ¶ Si quis autem adesse neglexerit, aut cetum fratrum anteq̄ dissoluatur concilium crediderit deferēdum, alienum se a fratrum cōmunionē cognoscat, nec eum recipi liceat nisi in sequenti synodo fuerit absolutus. Capitulum vigesimum.
- S ¶ De agitatoribus siue theatricis qui fideles sunt, placuit eos quādiu agunt a cōmunionē separari. Capitulum vigesimumprimum.
- T ¶ Penitētes que defuncto viro aliis nubere p̄sumpserint, vel suspecta, vel interdicta familiaritate cum extraneo iunxerint, cum eodem ab ecclesie liminib⁹ arceantur, Hec etiam de viro in penitētia posito placuit obseruari. Capitulum vigesimūsecundum.
- V ¶ Penitētiā coniugatis non nisi ex consensu dandam.

Capitulum

nota mirū mihi hic
fieri mentionē de synodo
nicēna, sub syluastro

nota de auctoritate
ep̄scopi Arelatensis

Capitulum vigesimum tertium

Si in alicuius p̄byterio infideles, aut faculas accēderint, aut arbores fontes vel saxa venerēt, si hec eruerē neglexerit, sacrilegi se esse reum cognoscat, domin⁹ autem ordinator rei ipsius si admonitus emendare noluerit, cōmunionē priuetur. **A**

Capitulum vigesimum quartum.

Eos qui falsa fratribus capitalia obieciſſe conuicti fuerint, placuit eos vſq; ad exitum non cōmunicare, sicut magna synodus ante constituit, nisi digna satisfactione penituerint. **B**

Capitulum vigesimum quintum.

Si qui post sanctam religionis professionem apostatāt, & ad seculum redeunt, & postmodū penitentie remedia non requirunt, sine penitētia cōmunionem penitus non accipiant, quos etiam iuuenus ad clericatus officium non admitti, & quicūq; ille sit post penitentiam, secularem habitū nō presumat, quod si presumpserit ab ecclesia alienus habeatur. **C**

Explicit concilium Arelatense secundum.

INCIPIUNT CAPITVLA CONCILII ARELATENSIS TERTII.

I Ut diaconus ante. xxv. & sacerdos ante xxx. annos non ordinetur.

I Ut laicus ante annum conuersionis non ordinetur.

I Ut digami vel penitentes vel repudiatarum mariti ad sacerdotium non prouehantur.

I Ut qui clericum alienum defendere nititur cōmunionē priuetur.

Explicit capitula.

INCIPIT CONCILIVM

ARELATENSE. III. XXIIII. EPISCOPORVM, ERA. CCCCLXI. **D**



ARTIANO AVGVSTO OPILIONE ET VINCO malone consulibus, viii. idus Iulii cū voluntate dei ad dedicationē basilice sancte Marie in Arelatensi ciuitate sacerdotes domini cōuenissent, cōgruū eis & rationabile vīsum est, vt primū de obseruādīs canonibus attentissima sollicitudine pertractātes qualiter ab ipsis ecclesiastice regule, seruarentur salubri concilio definirent. **E**

Capitulum primum.

Et quia in ordinandis clericis antiquorū patrū statuta nō ad integrū (sicut expedit) obseruata esse cognoscuntur ne forte quorūcūq; importunis, & inordinatis precibus sacerdotes domini fatigentur, & ea que totiens sunt precepta trāsgredi cōpellantur, hoc inter se obseruandū esse definiunt, vt nullus episcoporū diaconū ante viginti quinque annos impleat ordinare presumat, episcopatus vero vel p̄byterii honorem nullus laicus ante premissam anni conuersionem, vel ante triginta annos etatis accipiat.

Capitulum secundum.

Nullus penitētem, nullus digamū, nullus viduarū maritos in predictis honoribus audeat ordinare, & licet hec iam prope omniū canonum instituta contineant, tamen ne cuiq; sacerdotum supplicantiū (sicut iam dixim⁹) importunitas vel suggestio iniqua subrepat necesse fuit, vt nūc seueriorem regulā sibi velint domini sacerdotes imponere, & ideo quicūq; ab hac die cōtra ea que superi⁹ sunt cōprehēsa clericū ordinare p̄sumperit, ab ea die qua ei potuit hoc approbari anno integro missas facere non p̄sumat, quā rem si quis obseruare noluerit, & contra cōfessum fratrum faciens missas celebrare presumpserit, ab omniū fratrum charitate nouerit se alienū, quia dignum est vt seueritatem ecclesiastice discipline sentiat qui salubriter a sanctis patribus instituta obseruare contemnit. **F**

Capitulum tertium.

Et licet de laicis plixiora tēpora antiqui patres ordinauerint obseruāda, tamē quia accrescūt nūmeri ecclesiarū, necesse est nobis sine p̄iudicio dūtaxat canonū cōstituere antiquorū, vt null⁹ metropolitānorū cuiūq; laico dignitatē ep̄atus tribuat, sed nec reliqui p̄tiffices p̄byterii vel diaconat⁹ honore cōferre p̄sumāt nisi anno integro fuerit p̄missa cōuersio. **G**

Capitulum quartum.

Si forte aliquis clericorū regulā discipline ecclesiastice subterfugiēs fuerit euagat⁹ quicūq; eū suscepit, & illū p̄tiffici suo nō recōciliauerit, sed magis defendere p̄sumperit ecclie cōmunionē priuetur. **H**

Cesari⁹ in xp̄i nomine ep̄s definitionē hāc sanctorū fratrum meorū vel meā relegi, & subscripsi. Cōtū melius ep̄s cōsensu & subscripsi, filiargi⁹ ep̄s subscripsi, p̄taxatus ep̄s subscripsi, maximus episcopus D. ii.